



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Sedilibvs Mvliebribus, quas bradellas dicunt. Cap. XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Confessionalia quo loco Ecclesiæ  
constituenda.

**A** Latere ecclesiæ extra capellæ ma-  
ioris ambitum loco aperto paten-  
tiæ confessionalia constituantur; par-  
tim à meridionali regione, partim à se-  
ptentrionali.

In alijs etiam ecclesiæ locis, pro ratio-  
ne amplitudinis, & situs ecclesiæ, Epi-  
scopi concessu aliquando collocare lice-  
bit, vt in capellis quibusdam amplè pa-  
tentibus, aut in earum aditu vel limine,  
ita vt confessarius intra clathri septa,  
pœnitens verò extra sit: quo fiat, vt clath-  
ris capillæ arceantur, qui ino dinate  
concurrentes ad sacram confessionem,  
nimisq; e propè alium qui tunc pecca-  
ta sua co-fretur, vel ipsum pœnitentem,  
vel confessariorum facile interturbant.

De loco confessarij, & pœnitentis item.

**C**Onfessionale in ecclesia, si ab euan-  
gelij, quod in altari maiori recita-  
tur, latere collocabitur; tunc pœnitentis  
scabellum & fenestella à dextra con-  
fessarij sit; rursusque ab illius sinistra,  
cum à latere epistole illud erit: vt & con-  
fessarius à parte superiori ecclesiæ sém-  
per sit; pœnitens aspectu sit ad maius al-  
tere, caputve ecclesiæ versus.

DE TABVLATO AD VSVM  
Ecclesiæ distinguendæ.  
Cap. XXXIII.

**E**T quoniam ex instituta antiqua, à  
Batoque Chrysostomo testificata  
consuétudine, & in plerisque huius pro-  
vinciæ locis olim visitata, in ecclesia se-  
paratim à saemini viri esse debent; for-  
ma & modus distinctionis ecclesiæ eius  
modi esse potest.  
In ecclesia igitur, insigniori præsentim,  
à capellæ maioris ingressu usque ad ianuam maiorem, tabulatum per medium  
ecclesiæ gremium rectâ ductum, colu-  
mellis ligneis solidis quinque cubito-  
rum spatio singulis inter se distantibus,  
in paumento que firmiter agglutinaris  
affigatur: ac si tabulae sectiles ex quibus  
compositum est, aliquando amouendæ  
sunt, canalibus parvulis in unaquaque

columella ab uno & altero item latere  
excavatis, aliove modo confectis, to-  
tum altè committitur.

Cuius tabulati altitudo cubitis circiter  
quinque extratur.

Ita verò in ianua maiori committatur,  
vt illam medianam diuidat, sicque diuisa  
ac distincta, partim viris partim mu-  
lieribus ad ecclesiam aditum diuisim di-  
flucte que faciat.

Sint autem in tabulato ianuæ quæ-  
dam certis locis perspicuis: quæ valvis  
& pessulis clausæ, tunc solum aperiāntur;  
cùm ab una ad alteram partem tran-  
stum necessariò fieri opus est.

A qua parte autem concio habetur, quò  
facilius commodiusque fideles concio-  
nato rem conspiciant; tabulatum (cùm  
eo tempore demissus aliquanto extare  
debeat) à summa parte tabulis comit-  
tatur: quæ fibulis ferreis annexæ, & hinc  
inde parvulis pessulis clausæ, cum opus  
est aperiri & demitti possint eisdem fi-  
bulis appensæ.

Quibus etiam in ecclesijs aliquando ne-  
cessitè est, vt cum ab una parte Missa cele-  
bratur, qui ab altera sunt, eidem Mis-  
sæ sacro interfint; eadem ratio tabulati de-  
mittendi adhiberi poterit.

Fibulæ autem ad tabulati demittendi  
vsum (u genibus flexis fideles à qua par-  
te sunt, sacerdotem in altera celebran-  
tem prospiciant) à paumento distent  
cubitjs duobus; si ad concionis audien-  
tia vsum tantum sint, cubitjs tribus.

DE SEDILIBVS MVLIEBR L-  
bus, quas bradellas dicunt.  
Cap. XXV.

**Q**Vibus in Ecclesijs Episcopus ali-  
quem bradellarum vsum permit-  
tendum censuerit, earum forma sequens  
constituetur; quæ in Ecclesia à parte  
mulierum collocate, cùm ad fedendum,  
tum ad genua flectenda illis vsui erunt.  
Pars uero mulierum septentrionalis sit,  
nisi quibus in Ecclesijs, pro ratione situs,  
aliate causa Episcopus alter statuerit.

Alleres igitur seu trabes parvulæ quer-  
neæ tres, crassitudine vñciarū quinque,  
longitudine cubitorum trium & vñciarū  
run sexdecim, altitudine vñciarū octo,

in

in ecclesiæ solo recte suppositæ tribusq; circiter cubitis singulæ inter se disuntæ; abulis sectilibus totidem, cuiusmodi generis sint, ijsque singulis latitudine vñctarum octo, equali inter se spatio distantibus constratæ, vna scilicet in medio, reliquæ duæ in extremitatibus, brædæ humiles, easq; tripartitas ita constituant, vt inde cum vñtu venerit, nè im pedimento fint, amoueri queant.

Angustiores verò sint, vbi eas latiores loci situs non requirit.

Atque hæc quidem forma bradellarum: quæ ab ea parte per ecclesiæ longitudinem ductæ, singulo cubito inter se distantes, totidem collocabuntur, quæ t pro ecclesiæ amplitudine Episcopus concesserit. Sint autem procul omnino à capella altaris maioris octo circiter cubitis, vel amplius pro ecclesiæ ratione; à tabulato intermedio spatio via latæ quatuor cubitis, pluribusve pro magnitudine ecclesiæ; ab altero latere, via etiam tandem spatij.

Nec verò propè vlla altaria sint, sed paulò remotiora.

In medio autem bradellatum situ via præterea transuersalis sit, quæ tantundem pateat.

A parte autem ecclesiæ quæ virorum est, nullæ bradellæ sint, quibus genua flexantur.

Si quæ verò sedilia conceduntur, ea è tabulis item sectilibus confecta, forma oblonga sint; neque à tergo habeant longuria, quibus homines ab humeris nitanuntur: & vel parietibus hærentia, vel intra intercolumnij spatia recta potissimum collocentur.

Et eiusmodi sint, quæ geri amouerive singula possint, prout vñtu venerit; atque ita disponantur, vt ecclesiæ impedimento non sint; atque ita etiam, vt qui sedent, à Sanctissimo Sacramento auersi non sint; neq; rursus altaribus hærent.

#### DE TURRI CAMPANILI, & campanis. Cap. XXVI.

A tque hæc quidem sunt, quæ ad interiorē ecclesiæ fabricam, vñsumve pertinent: nunc aliqua sequuntur, quæ adiuncta ecclesiæ sunt.

Ac primo loco de turri campanarii, quam campanile dicunt.

Vbi campanarum causa turris exaudi

ficanda est, hac mox infra demonstrata seruari poterunt.

Sit turris campanarum quadrata forma, aut alia, vt pro ratione ecclesiæ loci architecto videatur.

In altum extruatur illius iudicio pro amplitudine item ecclesiæ.

#### De tabulatis.

H Abeat tabulata, quot idem iudicatur; sumum autem fornicatum, reliqua superiora ex assulis firmis confecta, & summum opere item fornicato.

#### De fenestris.

F Enestras in singulis tabularis habeat: quæ ab omni parte extractæ, longiusculæ sint, elegantioremque formam pro structuræ modo exhibeant.

Quæ autem in summo tabulato, columellis, aut pilastratis distinctæ, ab omni latere patentiores sint; aut alia forma de architecti consilio pro ædificij ratione.

#### De scalis.

S Calas pro ædificationis item modo, vbi potest, cochlidias, aut alia formæ, easque vel lapideas, vel ligneas: quibus ad campanarum locum ascensus commodus sit, neque periculosus.

#### De fastigio.

F Astigium non triangulum, sed circu

latum, & pyramidale: in cuius sum-

mo, vt mysterij ratio postulat, galli ef-

figies firmissimè affixa crucem erectam

sustinere poterit.

#### De ostio.

O Stium valuis firmis, pessulis, & clau

sum esse possit; nisi cum opus est cam-

panis pulsari.

#### De loco campanilis.

E Xtruatur autem hæc turris in capi-

te atrij porticusve, quæ foribus Ec-

X 4 cle-